cute. Quarta est ad gnationē piloz auxiliari. De prima vi
cemus post. De sc̄ba p̄mittimus nūc qz nō est huius inq̄
sitionis. Desertia & quarta loquētur nūc. Si alopitia de
humore fuerit flegmatico fiat linimētum de inuētiōe n̄ra.
q. & alchitran enforbū: rute mōtane: baccharz lauri. añ. j.
ij. sulfuris vii. ellebori albi: añ. 3. i. & f. Tere que terenda
sunt & misce cũ oleo laurino & oleo antiq̄ q̄tuz opz vt hēant
mediocritatē inter spissum & tenue: & line cuz eo sup locum
postq̄ fricaueris cũ cum cepe muris: aut alleis fricatione
acquirente rubedinem in loco.

Undē iude⁹. Linimētū ad alopitia exptū. & enforbū spu
me maris: simi colubini: añ. 3. i. elsi albi: seminis rute mōtas
ne corticū anellana: & castanea: nastur cij: spice: cassie. añ.
3. f. amigdalaz amaraz 2busaz cũ corticib⁹ suis. 3. i. cũ vis
no cocto & oleo raffani aut laurino: aut rosato fac vngtū et
caput vnge: & dimitte tota nocte. Deinde lauabis aq̄ vbi sicle
& sabe cocte fuerint. Et hoc fiat sine itermissiōe donec sane
tur & hec oia fiat: postq̄ fricationē i loco feceris. Deinde frica
ueris cuz cepe muris aut alleis aut cepe acuto.

U Russ⁹. Cōfectio epithymatis ad alopitia. & enforbū: rus
te montane: baurach: snapis arthemisse. añ. partes eq̄les.
Cōfice cũ aqua cepe: squille: aut cũ aqua cepe acute. Et epi
thymetur cum eo post fricationem. rubificantem.

U halli. Cōfectio epithymatis ad alopitia expti. & enforbū

*Alopetia
cōhar
2. r. 2*

*Phlegma
vngt.*

*Sp. linc
vis.*

*Spissū
hab.*

Cutis capitis.

rute mōtane. añ. 3. iij. nigelle cōbuste. 3. i. seminis armelcō
busti. amigdalaz amaraz cũ bōbustaz. cum corticibus suis
añ. iij. corticum arboris fici & folioz eius: spume maris scōz
buste: añ. 3. ij. Cōfice cũ exp̄ssione squille & epithymetur cũ
eo diebus. x. donec rubeat loc⁹ & vesicetur. Deinde epithy
metur sup ip̄m aristologia rotūda: & laudanz: & ab sinthy
um cōbustum & sssimbium & litium: añ. cum aqua solatri.
U sil⁹ zacharie. epithyma ad alopitia mirabile. & spu
me maris. 3. x. baurach: ulfur: qz nō inuenit ignis enforbū:
añ. 3. ij. Gūmi rute agrestis: staslagrie. añ. 3. i. cataridaz. 3.
i. p̄misce ea cũ fece olei antiqui & line ex eo. post fricationes
cum cepe acuto donec locus rubeat: & cum mordicat & am
pule apparuerit: vnge p aliquot dies cũ adipe anatis: aut
vsi: aut cum vnguēto de cerusa. Deinde redi ad yngēdaz:
U Si aut alopitia ex humore fuerit colerico fiat linimentum.
descriptōe iudei quod. & spu me maris: baurach: amigda
larum amararum cōbustaz corticum auellanarū cōbusta
rum: radicis canne cōbuste: stercoris muris. añ. Cũ aceto &
adipe anatis fiat linimentū. post fricationē tñ loci cum spu
mamaris & p̄ano aspero. Ultima debet esse intētiō occupa
ri ad capilloz gnationē: & vt curetur caluicia. Phylagrus
Medicamē faciēs nasci capillos vbi opz: & sanās caluicias.
& carnium limatiarum & sanguisugarū et apum & vespa
rum: & salis tosti: añ. ptes equales. Pone in vase vitreo hñ
te foamina multa in fundo eius sicut cribratorinz: & pone
sub eo vas vitreum: & manabit post diem & diem: humidis
tas que cōseruet i vase. Et qñ oportet fricetur sup caluicia
postq̄ fricaueris ip̄m vehementer cuz p̄ano aspero: aut cũ
spuma maris et p̄ano aspero.

U silius zacharie. Linimētū sanās caluicia: & generās: pis
los in barba: aut sup cilijs. & cere. 3. v. olei de cheiri. 3. ij. et
f. laudani. 3. viij. enforbū summi rute agrestis: cataridaz.
añ. 3. ij. seminis citraguloz cōbustoz vesparū sine aq̄: añ.
3. ij. stozacis liquide myrbe: añ. 3. ij. & f. fiat vngtū: & unta
tur ex eo in nocte & lauatur in mane: & hoc si at post loq̄ fri
cationem vehementem. cam aut pilli nasci incipit sepe ra
dantur vt ingrossantur: & firmi fiunt & spilli: & proprie quās
do exiles nascuntur sicut lanugines.

Q. 114

Pithymatis

*Dein
Schule
rica.*

*4.
Phlegma
no.*

*Salut
vna Societ*

De egritudinibus.

Aliud est uide ualēs similitur. R. cineris abrotani. 3. x. v. v. tris cataridarum. 3. ij. laudani. 3. iij. auellane cōbuste. 3. ij. Teratur oia cum oleo ueteri q̄ aromatizetur cū aliquatulo gallie: q̄ vngat in nocte q̄ abluatur in mane post fricationē q̄ postq̄ vesica uerit dimittat die. i. aut. ij. deide iteret quoz niam sanat. **A**liud ualēs sistr. R. olei de beē. 3. i. cantaris daruz quarū abscessa sint capita q̄ ale. 3. iij. teratur sufficiē ter q̄ misceant cū oleo: q̄ coquatur in ola vitreata sufficiēter agitādo ol̄ hora cū spatula: q̄ dū cocta fuerit deponatur ab igne q̄ cū modico musci aut ambre aromatizetur. Est em̄ expertū q̄ proprie inunctuz post fricationem loci vt diximus.

De fursuribus.

Arsura si ex frigidō fiant humore. Accipe fel taurini cle et oleo yuno: et line in sero et in mane: lana cū aqua de coctiois lupinorū: q̄ fenugreci assi. **E**t ex calido fiant humore: cōfert medicamē illū mirabile: mirabolanoz citrino ruz affozū. 3. x. cū succo sicle et solatri et aceto distempere et line cū eo: deide laua cū aqua fursuris q̄ lupinorū q̄ myrie.

De saphari.

Quia hui⁹ egritudinis ē quattuor res: sicut distin sum⁹ i alopitia. **F**ilius zachearie. Cōfectio epi thymatis ad saphari recetem que accidit in cor: pōib⁹ teneris. Recipe alchanne de mecha amī: gdalarum amararū combustarū cū corticibus suis: ster cois. muris venarū celidonie: coriandri sicci: scole: argēti venarū tinctozū curcume aristologie corticum granatorū merdasengi: añ. partes equales. Cōfice cuz aceto q̄ oleo rosato. q̄ line post fricationem.

Sal. dicit se curasse multos hec linimēto. Chartas combustas tere q̄ distempere cum aceto: q̄ line super locum et nos quidem experti sumus apud necessitatem **D**emocris. Linimentū curās saphari. R. chartarū cōbustarū: calcis lote: argēti vini. añ. 3. i. Cōfice cū aceto et oleo nucū q̄ line cū eo post fricationē loci sufficiē cū pāno aspo. **A**lexander. Linimentū sanās saphari antiquā i corpōibus duris. R. bubegi: stercois muris capitum ranarū cōbustarū: colcothar vlti: venarū celidonie: salis adusti: galla

Cerebr.

ruz: sulfuris vini: curcume: litargiri: aristologie: tubel eris: añ. partē. i. chartarū cōbustarū partes. ij. q̄. cineris acherua: sarcocolla: añ. partē. f. argēti vini partē. i. q̄. f. amigdalarum amararū adustarum partes. iij. Conface cum aceto vni q̄ oleo antiquo q̄ administira post fricationem cum cepe acuto: aut squilla: expertum es verax: deinde lana cū aqua vsnee: q̄ foliozum vlti q̄ radicū maluarum.

Aliud. de inuentione nostra. Litargiri cadimieytrinsq̄ calcis viue: añ. 3. i. chartarum cōbustarum: olibanī tartari cōbusti: añ. 3. f. sief memithe: gallarum cōbustarū: añ. 3. iij. argenti vini. 3. vj. aceti q̄ olei myrti quantū sufficit. Coque vsq̄ dum acetum sit consumptum. Deide argentum viuum sic conserendo cum eis commisce q̄ viere sicut alia.

Suma tertia de medicinis egritudinum cere: bit: q̄ primo de cura sode.

Dictio in curatiōe hui⁹ egritudinis si sit cōplexionalis q̄ nō habēs materiā ē altera: re sedare tm̄. Et si ē cū materia circa alterū duozū occupabimur vel vtrūq̄: et sunt aut abscessio cāe aut sedatio doloris aut vtrūq̄. Et si ē a solutiōe p̄tinuitat̄ alijs atq̄ alijs vtetur: sicut dicem⁹ i suis capitulis. Et si ē ab aggregatiōe oim: tūc totū gen⁹ cure est necesse: sicut in sōda que ē: sicut verbi gratia ab apostemate.

Inquit haly. Si sub pianoz fumozū dominio caput possit est a sedantibus incipere nō debem⁹: et raro ab eis: nisi apud vehemētā doloris. **S**ali. raro ab abscessiōe cāe incipere debem⁹ nisi sit sōda sanguinea: aut similis acuitat̄: s̄ ab eo q̄ materiā adaptat ad abscondendū. Si em̄ sanguinea fuerit aut hūores peccēt in sanguine a slobotōia p̄icipiem⁹. Et si sōda vehemens fuerit pulsata slobotomia similiter incipiemus. **S**i autē ab alteri⁹ hūozis pctō p̄icipiūz digeremus. Deinde abscondemus digestionē itaq̄ facit in materia calida: syrupus acetosus q̄ aqua de lupulis q̄ aqua ordei q̄ aqua buglosse domestice: q̄ siluestris: q̄ syrupus violatus: q̄ syrupus rosatus: q̄ syrupus de nenufere et similia. Et in frigida quidez flegmatica digestionem faciunt oximel simplex q̄ oximel squilliticum: althaeae: yopos



De egritudinibus.

et spica et similia. ¶ Et si fuerit materia adusta colericis: dicitur gestionem eius facit: sicut acetosus et aqua lupuli: et si muiterre et alteraxacon et similia. ¶ Et si aut fuerit melancolicus: in digestionem autem eius regimē erit duplex. Ex vna scilicet parte cum eis que lenificat et humectant et habitant duritiam corporis eius et siccitatem terrestris eius et ex alia cum eis que resoluunt et incidunt et subtiliant resolutionem et incisioem non perducere ad lapideitatem: et proprie cum rebus operationibus cum mediocritate et temperie. Et semper ponimus vltimam consuetudinem in hoc duplici regimine ut cadat equaliter digestio et maturatio in materia: et non abicindatur subtile et remaneat grossum. ¶ Eligimus autem ad digestionem materie rum siue calidarum: siue frigidarum ex vncionibus et epithymatibus et empiastris et embrocationibus et alijs que conseruant sicut infra distinguemus. Et incipimus experiri iea sem testimonium exigentie cause. ¶ Et quidem canon est: quoniam in sorda calida ab alterantibus incipere debemus: siue sint emplastra: siue vnciones ut reprimatur excessus eius et prohibeatur aduentus nocui alterius ad ipsum quantum possibile fuerit nisi in quattuor casibus. ¶ Primus est in sorda calida que fit in febrilibus et proprie materialibus. Vnus est epithymatus frigidorum repercutiuorum multiplicat eam: non enim punit vapore exire. Sed attractio acetum et aque rosate aut violate per nares vehementiam eius sedat. ¶ Secundus vero est quoniam fit sorda propter vapores acutos qui perveniunt ad caput excoitate totius corporis: aut membri alicuius et ita caput recipit eos et tunc facere ut fiat eorum diversio ad oppositum et diversum ex vna parte: et ex alia receptorum resolutio sedat eam. ¶ Tertius est quoniam sorda fit a nocimento quod in fertur a multitudine materie: et tunc enacuatio eam sedat. ¶ Quartus est quoniam sorda fit a multitudine vaporum existens in capite et propter communitatem corporis aut alterius membri: et tunc resolutionem administratio cum facilitate: et particularium enacuatio eam sedat. ¶ Amplius autem canon est quod emplastra et linimenta alterantia non sunt expolianda ab aliqua virtute. Prima est proprietate eius in gradu alterationis. Secunda est ut coadunet virtutem membri: ut non recedat a virtutibus. Tertia est ut confortet membrum cui applica-

Cerebri.

tur propter caliditatem suam. Et incipimus rememorari de eis: primo quod caput et cerebrum mundificantur. Et incipimus a mundificationibus materiam calidam: et conferunt sode et egritudinibus calidis. Et de hoc quod materia siue calida siue frigida sunt tres modos recitavit diminutionem: aut enim per enacuaciones sensibiles et occultas aut per diversione eius a parte nobili ad ignobilem aut per vtriusque. Enacuaciones autem occultas non regulat. Enacuaciones quoque sensibiles eadem sunt: et quoniam per se: et quoniam adiuta a rebus exterioribus ab operatione artificis: et hoc sunt duos modos aut vtriusque particulariter. Vno autem hic vltima purgationem que materiam euacuat cui accidit a coitate totius multiplicatio aut primo aut secundum mosorum aut eorum que sunt minera illius sicut epur sanguinis et chylis colere stons flegmatis et sple melancolicis. Et voco purgationem que ex parte illius membrum in quo materia exuberat euacuat ab emulsiuibus eius sicut quoniam per palatum: et nares et aureas et oculos materie cerebri purgat. ¶ Et quidem canon est proprie larvum ponere non debere nisi in quattuor casibus. Aut quod materia non multum in quantitate exuberat: quare sufficit a parte emulsiuorum illius membrum adduci in quo est egritudo aut quod membrum dans non est forte in dano nec membrum recipies apertum in recipiendo. Aut quod membrum non recepit a membrum coitate eius. Aut quod corpus et alia membra non sunt posita sub dno materie facietis egritudine in illo membro. Diversiones autem materie a parte nobili ad partem ignobilem fieri debere ostendimus propter fricationem extremis et compressiones et ligaturas earum dolorosas et cum vltimis et alijs. Res autem que habent intentionem vtriusque sunt clivus et suppositoria et oia que simul ad longinquam diversitate attrahunt et euacuant. Et nos de oibus loquemur. Et primo de enacuacionibus ab artificio si deus voluerit.

De sorda calida.

¶ Ode calide primo medicas distinguimus. Et sanguine que dicitur nobotomia necessaria est dicitur. Deinde sedatia que dicitur mus. Colericevero curam aggrediemur. Incipientes a simplicibus et debilibus ad maiora et fortiora procedemus. ¶ Inunctio ad sordam calidam siue sit sanguinea siue colerica siue coplexionalis siue materialis. Olesum rosatum et acetum alibum cum modico aque rosate diu agitentur et contundantur donec impinguescant, deinde infrigidetur super niuem et ex-

Operatio sode depurata
Capitulum 7. 7.
Depuratio in 3.
15. deo. labor. a. l. b.
et. s. p. d. e. r. m. a. n. e. t.

De egritudinibus.

eo caput liniatur. Est enim expertus. Si autem cum soda fuerit somnietas opij parū adde aut papaneris succū cū cortice. Inquit Alerader. ꝛ. ex cerolo Sal. circiter. ꝛ. ij. ꝛ. lana illud lauationibus pluribus cū succo solatri ꝛ. sempine ꝛ. lactuce ꝛ. endiuie ꝛ. succo cucurbitae ꝛ. succo vine acerbe. Et line et suppone folia salicis ꝛ. miraberis effectus eius.

Linimentū forte ad sodā calidā pulsatinā. Oleū rosatū ꝛ. violatū cū pauco aceto ꝛ. agreste ꝛ. modico cāphoze diu contunde donec pinguescat ꝛ. capiti supponatur. Est enim efficacissimum. Serapionis. Embroca ꝛ. feres sode calide. Uiole rosarū folia nenufaris ordeū excoctatū folia salicis maluarū. In aqua coquant ꝛ. p. cānuā ꝛ. coeli capiti ex alto fundat si catarrhū nō timueris. Si autem virtutē hęc resoluēdi volueris cāmomillā adde. Et si sedatiū ꝛ. somni ꝛ. puocatiū queris cortices papaneris ꝛ. lactuce adde.

Filiꝛ. zacharie. Modus aliꝛ. embroce cōferētis ad sodas calidā cū aqua sunt vigilię ꝛ. p. mixtiones. ꝛ. violas siccas ordeū excoctatū: semen cucurbitae: aut corticē eius semē lini ꝛ. p. salicū cortices papaneris semē altee: semē lactuce. semē portulacae rosas siccas. Decoquantur in aqua ꝛ. ad cōsumptionē quartę ipsiꝛ. Deinde fac embrocationes sicut diximꝛ. Et si res ea manus ꝛ. pedes et facies lauentur.

Modus embrocationis aliꝛ. resoluens ꝛ. sedans sodā calidā. Accipe folia maluarū aut radicem aut semina earū aut oia simul ꝛ. ordeū excoctatū ꝛ. rosas ꝛ. violas ꝛ. folia salicū ꝛ. folia cucurbitae aut cortices eius aut semina ipsius ꝛ. mellilotum. De omnibus ana partem vnam floxum cāmomille quantum de omnibus. Coquantur omnia in aqua ꝛ. fiat embrocatio sicut diximus.

Epithyma sedās sodam calidā. Enisci semē ꝛ. p. salicū separatim sine coniunctim cū aceto conuassata ꝛ. super caput posita valent.

Modus emplastris alius ad idē. Accipe flores cāmomille farinā ordeū radices altee semē lini cortices papaneris violas nenufar. Tere cū oleo rosaceo ꝛ. violaceo aut nenufarino ꝛ. p. misce ꝛ. ex eo super caput fac emplastrum.

Dyscorides. Succum extrematarum visis in primis cū nascuntur cum farina ordeū dissempera ꝛ. oleo rosato et li-

Cerebr.

ne ex eo sup caput ꝛ. expertus est.

Modus emplastris aliꝛ. ad idē qd̄ resoluūt cū facilitate resolidū sode calide. ꝛ. virge pastoris sanfuci ꝛ. balsamite seminis ꝛ. radicū ꝛ. folioꝝ maluarū ꝛ. violarum ꝛ. hāse ꝛ. ordeū mīdi: ana partē. ꝛ. rosarum partē. ꝛ. ꝛ. cāmomille partes. ꝛ. fiat emplastrum cum eis: vel fiat embroca cū aqua decoctionis earum.

Desue emplastrū sedans sodā calidā pulsatinā ꝛ. emisis graneā calām. Accipe farine ordeū sandaloz tritū: sēs mezmithe rosarū faufel boliarmē accatie aloes semis lactuce cāphoze de singulis partes eq̄les ꝛ. fice cū mncillagine ꝛ. salicū aut cū succo portulacae aut lactuce ꝛ. epithymet cum eo. Sabiel suffumigium valēs ad sodā calidā. Accipe sandaloz cū faufel rosarū: añ. ꝛ. ij. ꝛ. ꝛ. cāphoze. ꝛ. vniꝛ. tertiā spīce. ꝛ. ꝛ. ponāt i vase vitreo stricti orificij cū aq̄ rosata quātū sufficit ꝛ. obturet orificij eius ꝛ. dimittat vt bulliat i cinere calido. Deinde deobturet ꝛ. recipiat fumus eiꝛ. est enim expertus. Et si ex eo super tpa aspergatur aut lauet ex eo facies cōfert. Si autem vigillas patitur cortices papaneris cum eis adde ꝛ. proprie eius. ꝛ. ij. ꝛ. plus vel minus sicut in ceteris viset.

Aliud suffumigij eiusdem resoluēs residū sode calide. Accipe rosarū sandaloz machaziri ligni aloes: añ. ꝛ. ij. ꝛ. cāmomille. ꝛ. ij. aq̄ rosate quātū sufficit. Fac sicut prius nobile ꝛ. expertus est. Et sunt qui ponunt cāmomille ꝛ. pōdus oinz. Et sunt qui addunt mellilotum.

Caput purgia fiat cū oleo rosarū ꝛ. violarū ꝛ. nenufarino cū pauco cāphoze aut cū pauco oleo de semine cucurbitae dulcis aut oleo de salice.

Aliud filij zacharie valēs ad dolorē capitis calidū ꝛ. emisis graneam calidā ꝛ. dolorē auris. ꝛ. opij cāphoze: añ. partes eq̄les fiat colliria sicut lentes ꝛ. dissoluatur vniꝛ. aut duo in oleo violarū aut oleo de cucurbitis ꝛ. distilletur in nasum ꝛ. aurē: est enim verax.

Aliud filij Serapionis valēs ad sodā calidā sublimē. ꝛ. spodij. ꝛ. ij. opij. ꝛ. i. croci. ꝛ. f. cōfice cū aqua in modū pillularū paruarū ꝛ. admistret cū lacte mulieris aut oleo violarum aut oleo de semine cucurbitae deinde post hoc fac es

De egittadinibus.

puturgis cū lacte mulieris et aliq̄ ex oleis.

¶ Inde odorat oleū rosatū cū aceto cōquassatū et posittum in vase vitreo et cōfert sode calide vehemētī.

¶ Aliud nīm exptū. ℞. amili nabeth: añ. ʒ. ij. opij. ʒ. iij. spo dū. ʒ. i. croci. ʒ. ʒ. fac sicut proximum.

¶ Aliud. Aaron exptū efficac ad sodā calidā et emigranēā et dolorē auris. ℞. siet memite faufel seminis iusquamī ser minis lactuce rosarū sandalozū opij radicū mādragore: añ. ʒ. iij. fiat ex eis siet et fricetur ex eo sup cutem cū oleo rosato aut violato cum paucō aceto et distilletur in nasalz et aurem et proprie loci doloris.

¶ Incipiam⁹ ponere euacuatoia cōferētia ad sodā calidā cuius materia ē colera citrina. Et incipiamus a leuiozib⁹ sicut cōsaenimus pcedētes ad maiorā. purget ergo i pnis cū aq̄ fructū. ℞. pruna. xxiij. tamarindozū. ʒ. ij. et ʒ. ʒ. medul le. cassie fistule. ʒ. ij. mirabolanoz citrinoz. ʒ. i. et ʒ. ʒ. propine tur infuso eozū post insufficientiā coctionis ipoz.

¶ Aqua fructū sūm modū nīm cōferens sode colerice. ℞. ab smthij romani rosarū violarū añ. ʒ. v. sumiterre. ʒ. vi. cas pilloz veneris. ʒ. i. passalaz enucleatarū. ʒ. i. pruna. xl. nūe ro iunbe sebesen: añ. xx. Coquant cū facilitate i aq̄ li. ij. vsq̄ dū veniat ad li. i. et pūce in ea illa eadē que hic proxime diximus et ppinetur et sunt cassie fistule. ʒ. ij. tamarindozū ʒ. ij. corticū mirabolanoz citrinoz. ʒ. i. et ʒ. ʒ.

¶ Inde Sal. Quando ex aq̄s fructuum soda nō resoluit p: pināda est infusio aloes. Et iste ē modus eius. ℞. succi eius diui e succi lupulli post depurationē ipsoz: añ. ʒ. vi. et alte rius eozū tū: si vtriq̄s haberi nō pnt vel succi buglosse do: mestice aut silne stris. lib. i. et pūce super ipz aloes succotrie ni boni et electi. ʒ. i. et pone in vase vitreo ad soles obturato orificio eius diebus. xij. et da ex eo omni mane ab. ʒ. i. vsq̄ ad. ij. cū modico dragaganti vt nō noceat ano.

¶ Modus infusionis conferens sode calide vehemēti et solutione educit colerā. Et cōfert inuamentū maximū febrib⁹ bus colericis. Accipe succi endiuie cocti et depurati. li. ij. et aliozū succoz q̄s dixim⁹ e: infunde i ipis vt altero ipoz dya straco st. ʒ. vi. Et da ex eo in mane ab. ʒ. ij. vsq̄ ad. liij. Appo rebit em̄ cito sanitas si deus voluerit.

Cerebrī.

¶ Inde hamech. Modus infusiois sode calide biturne. Accipe ab smthij romāi. ʒ. i. sumiterre. ʒ. viij. passalaz enuclea taz. ʒ. i. eupatorij. ʒ. v. hozuz buglosse domestice aut silnez stris añ. ʒ. vi. culcure seis endiuie agarici: añ. ʒ. iij. Coquat i lib. iij. aque vsq̄ ad lib. i. et ʒ. et infunde in ea cōfectionis iaz dicte hamec: et pprie prime. ʒ. ij. Et da ex ea oi mane ab. ʒ. i. vsq̄ ad. ij. Sanat enim cum virtute dei glorios.

¶ De sode frigida.

¶ Quemur deinceps de sode frigida siue sit sine materia siue cū materia flegmatica vel melācolica siue p: mixta siue vōtola. Et de his oib⁹ distinctiz loq̄mur si de⁹ vōz inerit. Et incipiem⁹ sicut cōsaetudo nra est a debiliozibus.

¶ Calefactoris ad sodā frigidam et sodam vōtosam. Ad illuz integrum cū sale optū ipm calefiat in latere calido et ipleat tur. ex eis sacelli et vaporetur cum eis locus.

¶ Isaac grana lauri et olibani medium eoz terantur et imz pleantur ex eis sacelli: postq̄ ibi irrorata fuerint acetovi ni calefiat in latere calido super quo irrozatur acetū et fiat enaporatio cum eis.

¶ Democrit⁹. Accipe grana sinapis itegra et grana nastur cū vt sint partes eozum equales. Infundatur modicū lace to vini fortis et impleantur ex eis sacelli et calefiat in latere et fiat enaporatio cum eis.

¶ Aliud eiusdem exptum pulegij carni eq̄s ptib⁹ fiat sicut diximus. Aliud eiusdē oleū pulegij iunctum exptum est. ¶ Unciones sicut ad sodā frigidā ex oleo nardino aut yri: no aut laurino aut de been aut de aliquo talis. Et si fortis facere volueris consoita virtutē eozum cū costo et castoreo et enforbio et pipere cum aliquo hozum vel oibus.

¶ Linimentum ad dolorē capitis frigidū. Tyriacaz vel mī tridatum cū succo mente: mīce et superpone exptum est. ¶ Linimētū aliud exptū a nobis ad antiquos capitis dolo res q̄s administratur sup caput et frontē. ℞. costi myrthe: castorei: neridē: añ. ptes equales: olei ros. optū sufficit. Et si in somnietatē patit pte. ʒ. opij adde: est enim exptum.

¶ Abemet filius zacharie: modus linimētī ad sodā frigidā et antiquā et emigranēā et dolores auris ex frigiditate. ℞. castorei: enforbij: opij: storacis liq̄de: piperis: folioz rute

De egritudinibus.

Snapis: calamēti: marubij: añ. ꝑ fac troiscos aut. ꝑ. aut. ꝑ. aꝑud necessitatem dissolue ex eis cum oleo na rdino aut co stino: aut modico aceto. Et line sup locū et distilla ex eo in aures et nares ex parte doloris: et mirabilis effectū eius ꝑ deus voluerit. **S**al. Troiscus crud⁹ dissoluatur cū ace: to forti et oleo rosato. Et lineat ex eo sup frontem et tempoz ra: et sedat sodā difficilem et emigraneam. et est exp̃tum. Et eodem modo troisci de croco dicti in antidotario.

Dyascorides. Epithyma ad sodam frigidam et emigraneam. Ex cinere et aceto fiat permixtio et decoque in olla et liniatur: expertum est.

Philagrus. Modus linimenti ad sodam frigidam et anti quam et emigraneā difficilem. ꝑ. mirrhe: opij: omphacij: scamonee: granoꝝ lauri. añ. 3. iij. croci. 3. iij. et. ꝑ. semis iuz: quisami: apij: amomi: añ. 3. v. ꝑ fac troiscos cum aceto: et li ne sicut diximus cum eis super locum.

Alexader. Cōfectio epithymatis ad sodā frigidā dicitur nam. ꝑ. simi colsbini. 3. i. a. ꝑ. leucopiperis. 3. ij. enforbij. 3. iij. croci. 3. i. et fecis olei de croco. 3. i. a. ꝑ. aggregetur oia cū aceto forti multe fortitudinis. et frica crocuz cū aceto et sicc: eo ab stinthy: et oleo nardino: misce et line vbi oportet.

Embrocetur caput in soda frigidā et ṽtositate grossa cū camomilla hanculi scēh: maluis: folijs lauri: et sauina et be regis: et origano: et melliloto: et sanfoco: et nemeu: et yfopo sicc: et similibus separatis vel coniunctis.

Dyascorides expertum est. Succo apij calido capite li: nito resoluit sodam.

Democritus ad dinternam sodam medicamen expertū. ꝑ. castorei radicem fensculi: algul: yreos. añ. 3. i. granoꝝ lauri. 3. ij. folioꝝ rute. 3. iij. cere. 3. vj. olei rosati. 3. i. a. ꝑ. olei yzini. 3. i. ꝑ fac ynguentum et line ex eo probatum est.

De capurgijs conferentibus sode frigide. **C**apurgioꝝ cōferentū sode frigide narrationem aggredimur. **D**yal. dixit fit capurgij cū aqua sū sucti et resolut sodam frigidam et emigraneam.

Coibass⁹ dixit Oleū de cucumere asinino ē capurgij bonū sode frigide et emigrane: et mūdificationi cerebri ab humorib⁹ frigidis pinguib⁹ et aque descēdenti ad oculū et

Cerebri.

propter ꝑ modicū hui⁹ olei distilletur in aures et trahatur sugendo. Deinde post horam lauentur nares cū aqua cas lida. Succus quoꝝ cucumeris asinini vehemēt⁹ operat. **S**alennus. Caputpurgium cōferēs sode frigide: et tottu re: et oppillatiōi collatoriꝝ et defectioni olfact⁹ et impedimēz to ipsius. Nigella die ac nocte infundatur in aceto. Deinde sicet et terat subit et puluis eius narib⁹ appropinquet et trahatur naribus odor eius sicut sugendo. **E**xptum est.

Alexader. Caputpurgij valēs sicut superi⁹: et est forte. ꝑ. nigel le. 3. ij. succi cucumeris asinini. 3. i. salis armoniaci. 3. f. **A**lexeant cū oleo cucumeris asinini: aut oleo de alchanna: et liniatur ex eo in naribus intus: et sugatur vehemēter odor eius. **E**ducit enim de materia cōtenta in capite sufficiēter. Deinde lauentur nares et caput cum aqua calida.

Silvius zacharie. Cōfectio caputpurgij ad sodā frigidā ꝑ. castorei eu orbij: añ. ꝑ. fiat ex eis sicc: cū aqua sanfuci: et fricet ex eo sup cutim: aliss corē cū oleo nardino: aut costi no: et liniatur ex eo in narib⁹: et sugat: et fiat sicut dixim⁹.

Alexader. Cōfectio caputpurgij ad sodam frigidā: et emigraneam et egritudines cerebri frigidas: et toturam et parā lesim. ꝑ. castorei ꝑdissi arthanite pulpe colloquintide: bau rach enforbij gibenet: fellis vaccini sicci: añ. ꝑ. fiat sicc: et sic aut cum eis caputpurgia cū auricula muris: aut succosan sucti aut succo venan. Et est expertum.

Alexader. Caputpurgij cōferens sode frigide. **F**ellis adib sicci: aut vaccini aut capzini opponaci castorei: añ. ꝑ. item ynam: croci partem. ꝑ. fiat sicc: et fricetur ex eo sup cutim: als corē cū aqua ꝑ liniatur intus nares. Est em̃ exp̃tus.

Archigenes. Caputpurgij valens adidem castorei sine pis: opponaci: apij croci aloes: añ. ꝑ. fiat pillule: et admis nistretur sicut diximus. **E**xpertum.

Alexader. Caputpurgium mirabile ad diuturnam capi tis dolorem et pingues in eo materias: et inittuz aque. Est est ad epilepsiam expertum. ꝑ. fuscis. 3. v. succi cucumeris asinini nec nimis recentis nec nimis antiq: salis armoniaci: añ. 3. ij. terentur diligenter et misceantur: sic terēdo cum oleo de cucumere asinino aut oleo yzino donec fiat sicut co rois: et repone in vase vitreo: et inunge ex eo intus in nas

Alex. **R**

*Virgule
hui ad 50
dum.*

De egritudinibus

ribus: & sugatur diligenter. Deinde fac sicut diximus.
¶ **C**3 de. Accipe radicū arthanite sicce. 3. ij. & p. succi cucume-
ris affini. 3. ij. tere subtilissime: & ex eo per canellū infusse
tur in nares. Deinde sugat sicut diximus.
¶ **D**emocris purgatur aliquā caput p. res: q̄ comasticatur.
Et est purgator: iū leue. Accipe masticis pres. ij. piperis p̄t
i. comasticent̄ diu: & salina que resolutur: semp. expnatur:
et q̄nq̄ admiscem⁹ cū masticē staphysagria: & q̄nq̄ p̄tretrū:
et q̄nq̄ radices alfose: et q̄nq̄ radices capparie. hec enim
spissum humorem & flegma grossum educunt.
¶ **C**aput purgū in inuentioe nra: cōferēs delicatis ad ea q̄
diximus. R. castorei. 3. j. enforbū. 3. f. gallie muscate. 3. viij.
pres. ij. cōditi. 3. vnius p̄tē. f. fiat eoz cōtritio bona: et sup
de sup ea succi arthanite quātitate sufficiēte: et expone ad
vmbriā donec siccet. Deinde tere & cū succo venax: aut cū
succo sanfuci fiant colliria & administra sicut diximus.
¶ **S**argarisma etiā materiā cerebri attrahunt: quale est
sargarisma factū cū oximelle cū sinapi: aut cum yreos: aut
cum cortice capparie: aut cū p̄tetro: aut pipere.
¶ **P**aul⁹. Sargarisma cōferens sode frigidē: et egritudinē
bus cerebri flegmaticis. yerapigra cum oximelle squillis
co cū aqua decoctionis alhalce: ouigani ylopi sicce: p̄tenti:
et synapi. Sargarismus cum eis fiat omni hora.
¶ **S**uffumigū. Sabiellis ad sodā frigidam: & egritudines
cerebri flegmaticas. Accipe sāfuci. 3. ij. folioꝝ citri. 3. j. cap
momille tantūde ligni aloes: spice. añ. 3. v. ponant̄ in vase
vitreo stricti ouificū: et coquātur donec cōsūpta sit q̄rta ps
aque. Deinde epiatur ouificū vasse: & recipiat̄ vaporē.
¶ **A**liud eiusdē: sed est fortius illo aperiens oppillationē
cerebri: & emunctoꝝ. R. nigelle partes. ij. folioꝝ sanis:
cis ouigani: persici: halce: ylopi sicce: sticados: añ. partem. j.
fiat sicut diximus.
¶ **O**dozamētū p̄ferēs sode fride. R. gallie muscate auf. ij.
sadorā. auf. ij. & p. ābre crude auf. ij. musci. 3. f. ligni aloes
auf. vi. Dissoluat̄ ambria i modico olei de been. Ceterē aut̄
res p̄ter muscum terantur subtiliter: & cōficiantur cū gluti
no dragaganti. Et postq̄ cōfecte fuerint: malaxent̄ cū am-
bria dissoluta in oleo de beē malaxatioe multa. Ultimo ves

Cerebri.

romuscus tristis & distēperatus cum aqua rosata misceat̄
malaxando cum predictis. et fiat inde pomū vni: aut duo
& odoretur. Deinde cōseruetur in vase vitreo: aut plumbeo
& virtus ipsius tollatur. hoc est odozamentū sublime.

¶ **O**dozamentū aliud ex castorei: & rute sicce p̄tibus equālē
bus cum glutino dragaganti: pomum fiat et odoretur. Et
spedes per se odorentur p̄teterq̄ fiat pomū. Est eim̄ exp̄er-
tū ad sodā frigidā & vētosam.

¶ **O**dozamētū aliud exp̄tū ad frigiditatē cerebri q̄ cōfortat
ip̄s: & p̄fert sode. R. storacis calamite electe. 3. ij. ligni aloes.
3. ij. laudant̄ cōfectiois geanā: añ. 3. j. & in alio. 3. vnius par-
tes. ij. spice. 3. ij. gallie muscate. 3. viij. masticis. 3. iij. ambre
crude. 3. ij. & p. garioflorū: macis: añ. 3. iij. & p. Cōfice sicco
racē laudant̄ & masticē: cū modico olei de been resolue. De
inde tere in mortario cū pistello calido & projice sup eā pul-
nerem: ligni aloes: spice: gallie garioflorū & masticis: et
misce cū eis. Post hec funde sup ea glutini: gummi arabici
aut dragagāi q̄tū sufficit & muce cōterēdo. Deinde mala-
xa cū ambria dissoluta cū modico olei de been malaxatioe
multa p̄terēdo. Ultimo hō aromatizet̄ cū musci. 3. ij. & aq̄
rosata: aut fiat̄ ide poma & odoret̄. Aut fiat̄ ide. trocisci et
suffumigetur cum eis. Et est exp̄ertū verax: & suffumigant̄
templa: & domus regū.

¶ **A**liud valēs s̄tir & est bonū. Accipe buchur scēdere: et li-
gni aloes electi: ana partes equales: musci partis vni⁹. xix.
fac ex eis poma aut nib: & vtere bonū est & exp̄tū.

¶ **A**liud valēs s̄tir. storacis: ligni aloes: añ. 3. j. gallie muscas
te. 3. ij. ambre. 3. viij. musci. 3. ij. & fiat sicut dixim⁹.

¶ **A**liud nobile satis cōferēs sode & epilepsie: et p̄focationi
m̄ficus: ligni aloes gallic mus. añ. 3. xv. 3. senide. 3. viij. 2. sicce te-
rēdo: & fac ex eis poma: aut nib. Et administra: aut fac colly-
ria: & suppone in m̄fice. Et sunt q̄ addūt buchur scēdē. 3. v.

¶ **I**nquit̄ hyppo. Aromatica capitis granedinē facit. Et
ego quidē dico: q̄ non elongatur quin hoc sit i frequēt̄ vsu
eoz: cōuertunt enim vapores ad caput: imo replēt̄ illō vas-
poxibus. Moderatus vero vsus eoz cerebri cōfortat & cale-
facit. Sed non fiat adeo frequens: vt p̄ducatur ad illud. Et q̄
dem canon est non debere cōferre apud repletionē. Et hoc
R ij

De egritudinibus.

est qđ hyppo. voluit. Nā post mūdificationē 2fortat & cales
facit: & residuū sode remouet. Et si sōda est malitia 2plexi
nis frigidē sine materia: aut a frigiditate aeris inueniunt
esse inuamēti sublimis vñs eoz.

Solutioz gñā cōuenientia sode frigidē: & flegmaticē:
dekeps scribant: & paio a debiliorib' icupiamus.

Quis est modus pillularū de inuentione Judei mūdific
cantū cerebri: & nervos ab humore flegmatico & cō
ferentiū sode frigidē: & epilepsie: & spasmo & palyli: qđ per
mixtio hec est. **R.** pulpe colloquintidos. 3. xij. landani puri. 3.
x. dragagati. 3. ij. gallie. 3. iij. sal gemme. 3. i. & f. confice sō
dragagantum & gallia dissoluatur in aqua pluviali. Lan
danum vero dissoluatur i modico olei rosati: deinde misceā
tur oia & vltimo conficiant cū eis colloquintida & sal gēma vi
tino puluerizata.

Pillule aut ad hoc valentes sūt pillule de vera. & pillule
de specebz: & pillule stomatice: qđ scripsi in antidotario vni
uersialium medicinarum.

Quāhemet dñus zacharie. Confectio pillularū habent
am virtutē vere: & sūt i nobilitate ei' & vocant eas cochias
quarū hec est pmixtio. Accipe pulueris vere. 3. xx. colloqu
tide interioris. 3. vi. & f. in alio pro colloquintida troscilo
rū alādabal. 3. viij. scamonee antiochene coctē cisonio. 3.
v. llicados turbitū. añ. 3. x. fiat pillule: dosis earū ē a 3. ij. m
g ad 3. ij. & f.

Sal. Pilluleepte ad sōdā frigidā: & mūdificāt caput esto
machū ab humore flegmatico & putrido: & sunt pillule sal
ue: quarū pmixtio hec est. **R.** aloes boni. 3. x. colloquintide in
terioris. 3. iij. scamonee cocte in citonio. 3. iij. sticados ara
bici. 3. v. sal gēme. 3. ij. anisi: ab sin. añ. 3. ij. & f. turbitū boni &
electi sublimis. 3. xij. fiat pilluli. Et sit dosis earū a 3. i. vsq
ad 4. **Q**uāron. Infusio vere ad sōdā antiquā frigidā ex hu
more grosso flegmatico. **R.** ylopi sicce. haſce: succaba: radi
cū feniculi. 3. viij. turbitū. 3. iij. & i alio. v. anisi. 3. ij.
& f. salis gemme. 3. ij. paffularum enucleatarum. 3. i. Deco
quant in lib. ij. aque vsq ad lib. i. & coletur. Deinde pūdat
super ipsaz yerepigre. 3. x. turbitū boni & sublimis. 3. iij. po
natur in vase vitreo: & suspendatur in sole diebus. x. et de

*Soda frigi.
Dae soda
Frag. judi.
Dit. judi.*

Varia.

*Magmeti
Lada rhy.*

*Pi. Gal.
D. Soda
Frigidum.*

*Infusio hui
& dragagati*

Cochia Mahamind.

Cerebr.

huius infusionis omni die ab. 3. i. vsq ad. ij.
Infusio Serapiōis. Infusio de aloē est mūdificās caput &
stomachū & curans sōdā. **R.** mirabolanzū: chebulozū: emz
blicorum: belliricorū: radicū apij: feniculi: florum: squinz
ri: capitis lili: ana. 3. x. spice, mastice, calami aromatici: añ.
3. iij. ylopi: dauci: succaba: bedegar. ana. 3. v. colloquintide is
terioris. 3. ij. Coquantur in lib. iij. aque ad lib. i. & proyicias
tur super eas aloes succotrensis. 3. i. et pone in sole sicut di
ximus. Et est dosis eius ab. 3. i. vsq ad. ij. cum dragagantis
et mastice: ana. 3. f.

Quādem modus infusions vere: valens ad idēz & est fortior
& radicū apij: feniculi: quinanti. añ. 3. f. calamenti mon
tanti: aristologie rotunde: succaba & bedegar: añ. 3. v. mirabo
lanorum indorū. 3. viij. epithymi cretēsis. 3. v. mastice. 3. iij.
spice. 3. ij. castie: ameos: calami aromatici. añ. 3. iij. agarici.
3. vi. sticados. 3. viij. passule enudeate. 3. iij. Coquant i li. viij.
aque vsq ad lib. v. & proyiciatur super ipsam yerepigre. 3. i.
Et fiat sicut diximus. Et sit dosis eius ab. 3. i. vsq ad. ij. cum
olei de cherna. 3. iij.

Alexader. Confectio pillularū valetis ad diurnā sōdā
& emigranē & vertigines: & epilepsā: & arteticam: et eduz
cunt humores a profando membrorū: et solunt sine mole
stia: quarū pmixtio hec est. **R.** Aloes boni sublimis. 3. i. col
loquintide interioris: scamonee cocte in citonio abstinthij:
bdellij: ameos: ana. 3. f. mastice. 3. iij. anisi. 3. ij. euforbij. 3.
ij. & f. baurach. ellebori nigri. añ. 3. ij. cum succo caulium
fac pillulas. Et sit dosis a. 3. i. vsq ad. ij.

Pillule nostre cōferunt egritudini capitis: & cōferūt sode
antique: & solutione educat humores pingues et graues &
custodiant sanitatē oculi: & curāt reuma ei'. Quarū hec est
permixtio. **R.** colloquintide turbitū: añ. 3. iij. agarici. 3. iij. stic
cados. 3. ij. scamonee. 3. iij. & f. spice squinanti: xiloaloes cal
sic zilobal. car poballami: asari: rosarū yolarū: epithymi: ab
stinthij: cynamomi: croci mastice: ana. 3. i. aloes sublimis ad
pondus oim. **S**ac pillulas cū succo abstinthij.

Pillule alie nostre. Valet sūt ad mūdificationē stomachi
& capitis: & accipiunt oi' rēpore. Et dicitur pillule de masti
ce. **R.** aloes. 3. viij. mastice rosaz: añ. 3. iij. turbitū. 3. x. fac ide
R. iij

*Infusio de
Aloē, s. s. s.
Serapiōis*

Infusio vere

*Pillule Alex
ander*

Pillule nostre

Pillule alie nostre

De egritudine

pillulas. Dosis earum est a. 3. ij. vsq. ad. iiij.
Uyera nostra: confert sode a flegmate facte. Stomachus et
rebus mundificat epar et mēbra nutritionis confortat. R. car-
pobalsami: xlobalsami: cassie: cynamomi electi: spice: assa-
f: mastice: cubebae: macis: nucis muscate: squinant: agari-
ci: añ. 3. v. croci. 3. iiij. aloes succotrensis lib. j. mellis q̄ntū su-
ficiat. Dosis ei⁹ est a. 3. ij. vsq. ad. v.

De sode ex aggregatione colere et flegmatis.

Infusio p̄ferens dolori capitis. cui⁹ materia est colera et
flegma et solone educt ea. R. pruna. xl. fumiterre. 3. viij.
absinthij. 3. iiij. mirabolanoz citrinorū chebuloz et indo-
rū. añ. 3. i. tamarindorū. 3. xv. agarici et turbitij. añ. 3. ij. et f.
Coquatur in lib. iiij. aque donec redeat ad lib. j. et f. Et ac-
cipe ex ea. 3. viij. et fricetur in ea aloes turbitij. añ. 3. partem
j. agarici. 3. i. Deinde coletur et bibatur donec dimittitur p̄-
sotam noctē. Si aut qui sumperit eā fuerit debilis illa tria
non fricentur in ea: sed sufficit cum ea misceri pulpe cassie
sistule. 3. xv.

Uyaly. Mod⁹ infusionis aloes: p̄ferens sode p̄mixtiois cor-
lere et flegmatis diuturne. R. mirabolanoz nigroz ab sin-
thij. añ. 3. vj. fumiterre: bedegar: añ. 3. i. Coquatur in li. iij.
aque vsq. ad lib. j. et cola et p̄yce sup eā aloes boni. 3. viij. Et
pone i vase vitreo: et fiat sicut dixim⁹. Et da vsq. ad dies. xij.
plus vel minus vsq. dñi appareat sanitas. Et dosis ei⁹ est ab
3. i. vsq. ad. ij. efficac et expertum est.

Ruffus. Pillularū cōfectio cōferētis ad sodā antiquaz et
humore grosso flegmatico et colerico: quaz p̄mixtio est. R.
mirabolanoz citrinorū: et indorum: absinthij. añ. 3. iiij. anisi:
bdelli: mastice: añ. 3. ij. scamonee. 3. ij. et f. et p̄prie cocte i cito-
nro trociscorum: alandahal. 3. iiij. epithymi. 3. ij. aloes boni:
turbithij electi: cassie: añ. 3. vj. sal gēme. 3. i. et f. et fac pillulas
cū succo endiute. Dosis earū a. 3. i. vsq. ad. ij.

Alchindus. Cōfectio pillularū sode aggregationis colere
et flegmatis et sode p̄prie stomatice et conferūt stomacho et
mundificant ipm et caput a supfluitatibus colericis et flegma-
ticis et mundificāt sensus et viscera et cōferunt spleni. Quarū
hec est p̄mixtio. R. tris mirabolanoz. añ. 3. iiij. epithymi
boni: absinthij. añ. 3. ij. et f. turbithij arūdinei. 3. ix. agarici sa-

Cerebr.

monee: trocisci: alandahal. añ. 3. ij. apij anisi: añ. 3. i. salis gē-
me. 3. ij. nucis musc. gariofiloz añ. 3. vnus pres duas: yere-
pigre. 3. v. mastice. 3. i. et f. Confice cuz succo endiute et cū
penidiarū. 3. ij. Dosis earū est a. 3. i. vsq. ad. iiij.

Quibus. Cōfectio pillularū mundificātis caput a cole-
ra et flegmati cōferentium sode p̄mixte et mundificantium
caput: et stomachū et istrumēta visus: et attrahāt materias
vehemēter. Quarū hec est p̄mixtio. R. carpobalsami recent-
tis asari. mastice absinthij spice scamonee cynamomi electi:
cti. añ. 3. ij. croci. 3. i. nucis muscate. 3. f. turbithij boni et electi
3. iiij. aloes. 3. viij. colloquintide iteriois. 3. viij. Fac pillulas.
Dosis earum est a. 3. i. vsq. ad. ij.

Salienus. Cōfectio pillularum cochiarū cōferētium
sode p̄mixte: et mundificantium stomachū et caput et in-
strumēta visus. R. aloes scamonee cocte in citonio: collo-
quintide interiois albe et lenis mastice: absinthij romanū:
añ. partes equales. Confice cū expressione solatri: aut enz-
dine. Et dosis earum est a. 3. i. vsq. ad. i. et f.

Pillule. alie experte valentes s̄lr mundificant caput et sto-
machū et cōfortant ea. R. aloes boni et electi. 3. v. mastice
3. iiij. rose sicce. 3. i. Dosis earum est a. 3. ij. vsq. ad. añ. 3. ij.

Allie valētes et s̄lr. Accipe aloes. 3. vj. mirabolanoz et
trinoz. 3. iiij. mastice. 3. iiij. rosarū. 3. ij. croci. 3. i.

De soda frigida ab humore melancolico.

Apoz heben girges. Cōfectio pillularū indarū cōse-
rentiā sode: cui⁹ materia est melācolica: difficilis era-
dicationis et conferentium manie et melancolie et epilepsie
et lepre. et morphee nigre et viceribus nigris. Quarū hec
est p̄mixtio yerepigre. 3. x. epithymi agarici: polipodij: sit-
cados: añ. 3. viij. mirabolanoz nigroz colloquintide in-
teriois. añ. 3. iiij. ellebori nigri: salis indi: añ. 3. ij. et. f. las-
pis lazuli. 3. ij. Fac pillulas. da. 3. i. et f. vsq. ad. ij. cum a-
qua casei infusionis epithymi et passularum enucleatarū
et parum sal gemme. Sunt em mirabiles. Sunt enim ex po-
sterioribus qui addiderunt in p̄mixtione earū gariofilo-
rum: anisi spice. añ. 3. i. et f.

Decoctio de epithymo conferēs sode melācolice et spēs
melancolie et manie et lepreis morphee nigre: et cācro et
R. iiij

pillule Cochik Galenij

Alchindus

*De He Co
chij*

3. 1. 1. 1.

*Pillule
De*

*De He Co
chij*

De egritudinibus.

stule nigre. R. epithymi: sicados mirabolanoꝝ nigroꝝ
aṅ. ʒ. i. chebuloz: emblicoz: belliricoꝝ: turbitz: eupatoꝝ
agarici: aṅ. ʒ. v. polipodij: sene: aṅ. ʒ. ij. fumiterre: flouū squi
nanti: aṅ. ʒ. iij. corticuz elleboꝝ nigri. ʒ. vj. sal. gēme. ʒ. ij. q. f.
passularū enucleatarū. ʒ. i. q. f. Oia pter epithymū bulliat
in lib. iij. aque vsq; ad lib. i. deinde bulliat epithymū in eo
ebullitōe vna modica. Deide coletur a pūctat in ea vere
pigre. ʒ. i. q. fiat sicut diximus. Dosis est ab. ʒ. i. vsq; ad. iij.
Thamech filius zezar. Modus infusionis cōferens sode:
cuius materia est humor aduꝝ: aut melācolia: et est subli
me ad illud et ad manū: et melancoꝝiam: et epilepsia: et ver
siginem et lepra et cancrū et scabie: et impetiginē. Cuius hec
est p̄mixto. R. mirabolanoꝝ nigroꝝ chebulozum: aṅ. ʒ.
viij. epithymi reubarbari: aṅ. ʒ. i. radicū buglosse domesti
ce et siluestris et flouz earum: aṅ. ʒ. iij. absmihū. ʒ. iij. sumi
terre. ʒ. v. polipodij agarici sicados camedreos campeis
sheos: aṅ. ʒ. iij. liq̄ritie. ʒ. v. sene. ʒ. vj. passularū enucleatas
ru. ʒ. i. Bulliat oia pter epithymū in. v. lib. aque vsq; ad
lib. i. Ultimo vero ponatur epithymus. Deinde coletur: et
proficiatur in ea confectionis thamech secunde. ʒ. ij. et po
natur in sole in vase vitreo diebus. vj. Et da ex eo ab. ʒ. i. vsq;
ad. i. et. f. Est enim mirabile.

Thesui iube. Syrupus cōferens ad ea q̄ dixim⁹ et nobilis
experts: et cōfert quartane: et oppilatiōi splēis et omni egrit
tudini que est d̄ melācolia. R. capilloꝝ veneris radicū bu
glosse domestice et siluestris et flouz earū: polipodij. aṅ. ʒ.
i. epithymi. ʒ. i. folioꝝ sene: camomille sicados: aṅ. ʒ. vj.
camedreos squināsi elleboꝝ nigri: aṅ. ʒ. iij. fumiterre. ʒ. vj.
eupatoꝝ. ʒ. iij. succi pomozū dulcis. ʒ. vj. Oia pter epi
thymum et succum pomozū bulliant in lib. iij. aque vsq; ad
lib. ij. Deinde bulliat in eo ebullitione vna epithymum: et
coletur cum succo pomozū et zucchari lib. ij. fiat syrupus
Dosis est a. ʒ. x. vsq; ad. xxx. et est sublime.

Alexāder. Pillule d̄ lapide Armeno. Cōferūt sode melā
colice et educunt cum facilitate humorē melācolicum et cō
ferūt egritudinib⁹ melācolicis: sicut est mania melācolia et
cācere lepra. R. yerepigre epithymi agarici: lapidis armē
ioli et preparati: aṅ. ʒ. iij. scamonee. ʒ. v. et proprie cocte in

Cerebr.

pomo garosioꝝ. ʒ. i. fac pillulas cū aqua rosata dosis. ʒ. f.
Sal. Cand est q̄ cura hui⁹ sode: nō est expoliāda ab vno
trū regimīnū: et sicut omniū egritudinū melācolicā. Pū
mū est regimē humectatiuū: et impingnatuū: pter hoc
q̄ facit cadere in oppillationes: et hoc ideo vt lenifcet: et ha
biliter corpus hūozis: vt recipiat equalitatē digestionis
in toto. Et hoc regimē est necessariū in principio: et i medio
et in fine et ante fm regimē q̄ dicemus post: vt non cadat in
corp⁹ hūozis: vt resoluat subtile et remaneat q̄ est grossum
et accidat residuo ipsius lapideitas. Scdm regimē est regi
men resolutiū faciēs resolutionē cū mediocritate: et pprie
et q̄ habitatiū ē vt fiat illud. Et hec duo regimina opoz
tet vt sibijnuicem semp succedat: fm hoc em cadet digestio
equaliter in materia et equaliter resoluēt. Tertiu regimen
est regimē euacuatiuum in quo tria p̄siderabilia subdent.
Vnū vt nō semel et multā et subitā faciem⁹ euacuatiuum:
sed per interualla habentē temperiē vt natura euacuatio
nē: nō euacuatio naturam regulet: subita et et violēta. Es
vix a natura regulariter opatur ipetus flāme: que subito
agit in subtile et ptergreditur grossum. Op⁹ vero mode
rati calozis est equaliter in vtrāq; partem rei elixabilis et
asillabilis agere. Secundū considerabile est: vt euacuatiū
sit cōmēsuratū nō excedens mediocritatem: sed sit extensio
elevationis eius non recedens a gradu medicinarum in
columnū quas te scire fecimus in libro restificationū earū.
Tertiu est vt non expolientur solutiua a reb⁹ lenificatiuis
et humectatiuis hoc est em qd operationē beatificat. Ad
huc aut canon est vt in hoc triplici regimine confortet cor
cum reb⁹ cordialibus generantibus et compositis: quarum tra
dij et tu elige eas ex simplicibus et compositis: quarum tra
ditio est apud te: et cū administratione omnium que ad rē
gandij pertinet: hic enim est thesaurus cure.

De cura sode a permixtione colere nigre et flegmatis.
Ude. Modus pillularū cōferentium sode a flegmate et
melācolia. R. mirabolanoꝝ: chebuloz: indozum bellis
ricozum: salis indi: aṅ. ʒ. iij. turbitz epithymi: aṅ. ʒ. i. et. f.
elleboꝝ nigri: pulpe colloquintide: aṅ. ʒ. iij. yerepigre. ʒ. f.
agarici. ʒ. vj. sicados. ʒ. iij. absmihū. ʒ. ij. Dosis eoz a. ʒ. f.

De egritudinibus

vſq; ad .ij. ⁊ ſunt ſubtiliores.

¶ Coſectio pillularū ſtomaticarum ſolutione eduentium ſlegma ⁊ virāq; coleraz; et confert ſode ſtomatice ſacte ab eis: quarum permixtio eſt hec. ℞. yerepigre: turbith: añ. ʒ. iij. mirabolanoꝝ citrinorū chebulozum idoz añ. ʒ. v. agari ei. ʒ. iij. ſalis gemme ſticados: ameos: añ. ʒ. ij. epithymi. ʒ. iij. ſcamonee. ʒ. ij. et. ʒ. ʒ. fac pillulas cum ſucco ſcariole da a. ʒ. i. et. ʒ. vſq; ad. ʒ. ij. et. ʒ.

¶ Andromach: vera cōferēs egritudini capitis a ſlegmaꝝ ⁊ melācolla: ⁊ cōfert iunamētū manifeſtū appoplexie et epilepie ⁊ paralyſi: ⁊ totture: ⁊ mollificationi et initio aq; cuius permixtio. ℞. ſucci abſinthij. ʒ. i. yerepigre. ʒ. ʒ. turbith. ʒ. viij. colloquintide iterſois. ʒ. iij. ſquille aſſate. ʒ. iij. agarici: ſticados: polipodij: et epithymi: añ. ʒ. ʒ. elleboꝝ ni gri: piretri: piperis albi: ⁊ lögi ʒiniberis: ſquinanti: came dros: añ. ʒ. iij. ⁊. ʒ. cardamomi: mscis: nigelle: ariſtologie: caſtoꝝei. añ. ʒ. iij. euſorbij. ʒ. ij. et. ʒ. croci: petroſilini cyna: momi: ſpice polij: añ. ʒ. ij. abſinthij. ʒ. iij. albarum penidias rum. ʒ. iij. mellis diſpumati ſp̄rum ſufficit. Doſis eius eſt a ʒ. iij. vſq; ad. v. cum aqua caſei.

¶ De ſoda ex percuffione.

¶ Soda ppter percuffionem filius Serapionis. Si ſupra percuffionē in capite nullū p̄erijt tēpus adm inſtramꝝ in principio que repellant: ⁊ non permittāt materiam reu matizantem ad locum recipi et ſigi in ipſo: ſicut recte adm̄ niſtrantur frigida ſtiptica cum aquis ⁊ expreſſionibus ſris gidis: ſicut eſt ramichꝝ pp̄rie cū aqua frigida multe frigiditatis ⁊ comprime vehementer ſuper locū. Et ex eis ſunt roſe ⁊ ſandali et fauſel et ſief memite et accatia et bolus armenꝝ et chymolea et lens nō: excoꝝicata et litū ſingularis ter et coniunctim quando miſcentur cum aqua ſolari aut virge paſtoꝝis aut plantaginis aut coꝝtandri humidi cum oibus aut cum aqua roſata et inſrigidentur in niue aut cū expreſſione portulace. Si autem poſt percuffioneꝝ p̄erijt tēpus ⁊ materia ſam reumatizant ⁊ collecta eſt: medicamē reſolutiuꝝ apponēdū eſt: ſicut ex camomilla melliloto ſer nūgreco radice altee ⁊ ſimilibus. Si aut nō reſoluit curatur ſicut dicimus in fraſtata apoſtemati. At vero et ſireu

Cerebr.

matizant materia ⁊ adhuc reumatizat ⁊ partiz collecta eſt ⁊ partiz colligēda virāq; cura indiget. ſ. ⁊ que repellat reu matizandū ⁊ q̄ reſoluat collectū ⁊ reumatizatū. Sint ſatis hec de curis ſode que diximus ⁊ ſufficere poſſunt eis quos deus excellētiſſimus ſanare voluerit illo concedente.

¶ De emigranea.

¶ Emigranea egritudo eſt de genere vehementiſſi doloꝝ ⁊ propterea q̄nq; indiget curatiōe q̄nq; blādimento ⁊ cura eiꝝ indiget obſeruatiōe regiminū ſicut in ſoda diximꝝ. Quapropter oportet vt capta illiꝝ canonis hic etiā afferant in calida. ſ. ⁊ frigida. Cura aut blādientis eſt cura nō vera et eſt ſtupeſcere apud vehementem doloꝝ ipſius ⁊ pulſatio nem. Nos autē ſanitatiſ largitoꝝe poſcimꝝ in primis vt de ſua largitate ipſam egenti ⁊ ſperāti annuat q̄ ſit benedictꝝ. Afferamꝝ autē ad locū hunc ex medicinis ibi memoratis: quas poſſumus habere ⁊ munitatē iunaminū in omnibus egritudinibꝝ capitis. Et ponimus ex medicinis hic quafidā quas quidē proprias emigraneas eſſe dixerunt.

¶ De emigranea calida:

¶ Si peccatū eſt ex parte ſanguinis ſobothomā conꝝ ſeꝝ digeſſerimꝝ virāq; partē eius ⁊ hoc cū auxilio medicinaꝝ quarū proprietates eſt hec facere. Et ex eis eſt aqua fructuū ⁊ inſuſo mirabolanoꝝum et inſuſo aloes in aqua endiuie quam diximus ⁊ alia quozum rememoratio p̄ceſſit ⁊ dan da eſt vera cum ſcamonea.

¶ Alexāder. Coſectio trociſcoꝝi q̄bus ſit linimentū ad emi graneā colericā vehemētē ⁊ pulſatū. ℞. aluminis. ʒ. xvj. croci. ʒ. iij. colcothar. ʒ. x. myrhe. ʒ. iij. onſacij. ʒ. ij. calcadis. ʒ. ij. ſūmi arabici. ʒ. iij. ſfac trociſcos cū vino forti aut aceto. Et cū necesse fuerit ſoluatur vnꝝ cū aceto permixto ⁊ liniat ſuper locū doloꝝ ⁊ ſtringatur ſuper ipſum cū ligamine vt ſedetur pulſatio. Et quandoq; apud neceſſitatem ponitur aliquantulum opij.

¶ Democritus. Linimentū bonū ad emigraneā calidā. ℞. ex fece attramēti ſicca ⁊ diſſolue eā cōterendo cū aceto mul te ſortitudinis cū octana pte ipſius opij egyptiaci: ⁊ laboz retur multū in cōtitione ipſius ſicut per diē. j. ⁊ liniatur ex

De egritudinibus.

eo sup tepora & stringatur super ipsum. Est enim expertus.
Archigenes. Linimentū ad emigraneā calidā pulsatūā
expertū & ad sodā vehemētē. ℞. succi aggressive myrte. añ.
pē. i. fecis encansī scriptozū ptes. ij. alapis iameni croci
añ. ptem. i. & quarā. Cōfice terēdo cū aceto vini cōtritione
multa & liniatur ex eo super tpa & stringatur super ipsum.
Affiluzacharie. Si stomach⁹ est cum causa dāda est post
mūdicacionē infusio coriātri & psiliū cū zuccaro in matut
nis & assidue tur illud qz confert si deus voluerit.
C3dē. Caputpurgū fiat ex lacte mulieris cum modico cāz
phoze & si necessitas vocat adde tātū dē opij spū est cāpho
ra & distilla ex eis in aurē & nasū q̄ seqtur morbū. Deinde
